

\_Lettera\_N\_4396

A don Girolamo Miglierina

\*Datum Taurini die, decima mensis novembris anni 1886

IOANNES BOSCO

Salesianae Congregationis Rector Major

Dilecto Nobis in Christo Filio Hierolamo Miglierina e dioecesi Mediolanensi in Domino salutem.

Quoniam religiosorum moderatores maximam curam genere debent de iis quae ad majorem Dei gloriam et animarum salutem juxta Instituti finem conferre censentur, Nobis in Domino bonum visum est te ad Sacrum Presbyteratum esse admittendum.

Ideoque declaramus, te Nostrae Congregationis Clericum professum perpetuum, legitimis natalibus ortum, sacro Chrismate inunctum, bonis moribus praeditum, in aetate ab Ecclesia praescripta constitutum, sacrae Theologiae periculo facto, nullo canonico impedimento detineri quin ad hujusmodi Ordinem promovearis.

Quapropter te humiliter apud Reverendissimum ac Benevolentissimum Antistitem Taurinensem vel Eo impedito, ad alium quemcumque Catholicum Episcopum cum S. Apostolica Sede communionem habentem commendamus, Eumque tu ipse rogabis, ut pro Nostrae Salesianae Congregationis necessitate ab interstitiis te rite dispensare tibi que Presbyteratum conferre dignetur, atque Ordinis suscepti Testimoniales Litteras pro Sua benignitate tibi concedat.

J. Bosco

Sac. Julius Barberis a Secr.